Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



57

dicium & in choreb iudicia defensionis. qui ungis reges ad penitentiam.
& pheras facis successores post te. qui receptus es in turbine ignis. & in
curru equorum igneorum. qui scriptus es in iudiciis temporum lenire iracundiam
dei. conciliare cor patris ad filium. & restituere tribus iacob. Beati sunt qui
te viderunt. & in amicicia tua decorati sunt. Nam nos uiuimus tantum.
post mortem autem non erit tale nomen nobis. Helias qui in turbine rectus est
& in helyseo completus est spiritus eius. & in die suis non timuit principem.
& potentia nemo uincit illum. nec superauit illum uerbum aliquod. & mortuum
pheraut corpus eius. In uita sua fecit monstra. & in morte mirabilia opera
tus est. In omni [illegible]ns non penituit populus. & non recesserunt a peccatis suis. usque dum
eiecti sunt de terra sua. & dispersi sunt in omnem terram. & relicta est gens pauca
& princeps in domo dauid. Iudicia ipsorum fecerunt quod placeret deo. alii autem
multa commiserunt peccata. Ezechias muniuit ciuitatem suam & induxit
in medium ipsius aquam. & fodit ferro rupem & edificauit ad aquam puteum.
In die suis ascendit sennacherib. & misit rapsacen & sustulit manum
suam contra illos. & extulit manum suam in syon. & superbus factus est potentia
sua. Tunc mota sunt corda & manus ipsorum. & doluerunt quasi parturientes
mulieres. & inuocauerunt deum misericordem expandentes manus extule
runt ad celum. & sanctus dominus audiuit uocem ipsorum. Non est commemoratus
peccatorum illorum. neque dedit illos inimicis suis. sed purgauit illos in manu
esaye sancti pheretis. Subiecit castra assyriorum. & contriuit illos angelus dei.
Nam fecit Ezechias quod placuit deo. & fortiter uiuit in uia dauid patris
sui. quam mandauit illi ysaias pheta magnus & fidelis in conspectu dei.
In die ipsius retro redit sol. & addidit regi uitam. Spiritu magno uidit
ultima. & consolatus est lugentes in syon usque in sempiternum. & os
tendit futura & abscondita ante quam euenirent. Memoria iosie
in compositione odoris facta opus pigmentarii. in omni ore quasi mel
indulcabitur eius memoria. & ut musica in conuiuio uini. Ipse est directus